



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

quod habetur in c. cū ad monitionem de iurei. & in c. f. in principio in inferioribus. & in c. l. l. recitata in alio. Titius in l. h. restantibus obstat id etiā. quod dicitur forte postea. in fine personaliter obstat in inquisitione, quod inquisitio, ut in c. de quo inquisitio de crim. ff. de public. c. tra. de accusa. & in c. ff. de procu. Scilicet nullus tangens unum de populo in crimine possit comparari, nec allegari. Titius in inquisitione uelint, sed sunt obstat. q. ad opponendum dicendum de illis. c. adiri. d. §. ad crim. Quia huic obstat, respondetur in quod duo in d. consil. in causis criminalibus non potest procedi contra absentem, qui impune poterat offendi, & q. talis ad probandum est audiendus, & admittendus ad effectum, ut ipse iudex non procedat: quod dicit Abba. non notandum esse pro declaratione, & limitatio- nem iuris dicentium, q. in criminalibus procurator, seu alius pro reo absente nō potest interuenire. & q. ubi in c. de crimine potest procedi contra absentem ad sententiā diffinitiuā, tūc pro absente procurator, aut defensor interuenire non so- let in fine, ff. de procuratoribus, & ita potest intelligi in d. l. seruū quoq. §. publicē, prout illum soleo legendo c. ueniens de accus. & hęc est ma- gis eius opinio, ut attestatur Ioan. de lmo. in d. §. ad crim. in i. glo. & ita tenent cōiter canonistę in d. c. ueniens, quicquid dixerit Abb. ibi post Bar. in d. §. crim. altem ad effectū, ut iudex debeat postea in officio defensionem inquisiti querere: & iō in d. l. mo. ibi, q. cum hodie cōiter per totā Italiam cōiter statuta, q. de crimine absentes possint condē- nari, regulariter pro absente poterit procurator interuenire. Et ex prædictis potest responderi ijs, quę inquisitio in dictis prouisionibus, primo q. ibi non inquisitio, & processus, q. quę nunquā sub genera- tionibus opponendi exceptiones cōteret cō- paretur, ut colligitur ex ijs, quę uoluit Barto. & ibi in l. §. parui, ff. quod ui, aut clam, ubi exce- ptio nullitatis potest opponi, quamuis per statutū pro- ceptum sit aliquam exceptionem opponi etiā per- tinet, q. prima prouisio dicit, q. in casibus, in quibus procurator alius nō potest interuenire procurator, nul- lus ut instructor, seu ut defensor, aut ut coniuncta persona possit admitti ad allegandas, & opponēdas causas defensionis, seu exceptiones &c. ergo infer- re q. in casibus, in quibus potest procurator interueni- re, poterit interuenire, & comparere defensor, seu alius, ut unus de populo: Sed de iure potest in causa criminali procurator admitti ad dicendū de nullita- te inquisitionis, & q. iudex non potuit inquirere, ut

supra, & habetur per Alex. in d. consil. 138 in ult. col. ergo &c. Item de iure potest procurator admitti in ca- su, quando absens potest condemnari, ut supra: ergo in casu isto poterit admitti quis, ut procurator, seu ut defensor, aut ut coniuncta persona, seu quilibet causas innocentie pro ipso absente allegans. In se- cunda uero prouisione dicitur, q. procurator, seu de- fensor, aut quis ut coniuncta persona non possit cō- parere in causa criminis pro absente ad defensionē iudicalem: Infertur ergo, q. quando quis uellet pro absente comparere, non ad iudicalem defensionē, sed solum ad ostendendum, quod iudex non potuit inquirere, prout inquisiuit, & q. inquisitio malē fuit formata ad effectum, non ut absens a crimine, seu a pœna criminis, sed solum ut ab instantia iudicij ab- solueretur, tūc procurator, seu alius pro absente pos- set cōparere: quoniam solum excluditur a comparēdo, quando uellet comparere ad defensionem iudic- ialem, ut in dicta prouisione, & prout etiā de iure cōi cautum est de procurare, ut in d. §. ad crim. in d. c. ueniens, in d. l. reos, & in dicta l. i. ff. an per al- lium cau. appell. & per dictam prouisionem additū fuit de alio defensore, & de coniuncta persona, & de alio quolibet de populo: sed opponere, & allegare, quod inquisitio ita non potuerit formari, & q. iudex non potuerit sic inquirere, prout opponitur in ter- minis nostris, non dicitur concernere defensionem iudicalem criminis, sed potius processum, arg. d. l. libellorum, §. quod si libelli, & tradit Alex. in d. con- sil. 138 in ult. col. ergo ad hoc allegandum, & oppo- nendum poterit admitti procurator, seu alius, quia sic non dicitur comparere ad defensionem iudici- lem criminis; itē quia de iure in casu isto solet pro- curator, seu alius admitti, ut supra, & per dictas prouisiones solum prohibetur procurator seu alius pro absente comparere in ijs causis, seu casibus, in quib. de iure procurator interuenire nō potest id iudicia- lem defensionem criminis. Quare ex præmissis om- nibus concludendum est dictos inquisitos fore ab instantia iudicij absolueudos. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 De monopolij crimine iudex tenetur sub pœna ex suo officio pro- cedere, & inquirere.
- 2 Monopolij crimen quod esse dicatur.
- 3 Artem aliquam exercentes in ciuitatibus possunt in concernenti- bus artem suam legis inter se facere, dummodo in aliorum, & publicę utilitatis præiudicium non tendant.
- 4 Legis appellatione non modo statuta, sed etiā usus, & consue- tudes continentur.
- 5 Inquisitionis remediū cessat, ubi nullum datur crimen punibile.
- 6 Viciosa emendi, et uendendi ministerium in ciuitatibus exercentes possunt omnia etiā ad uitium humanum necessaria con- ducta à mercatoribus, & alijs emere ad effectum illa postea mi- nutatim uendendi.
- 7 Et statuta hoc prohibentia contra publicam sunt utilitatem.
- 8 Restrictio, siue extensio fit ob publicam utilitatem.
- 9 Consuetudo à pœna, & delicto excusat, etiā si mala sit m. 10.
- 11 Consuetudo inter mercatores seruanda.
- 12 Consuetudo inducta scientibus, & tolerantibus superioribus etiā contra leges, & iura tenet.
- 13 L. 1. C. de monopol. declaratur.

E P I T O M E.

MONOPOLIUM crimen non incurrisse, nec de eo in- quiri, aut puniri, posse illum, qui exercet ministeriū minutatim uendendi oleum, & similia, si à mercato- ribus oleum in grossum emerit, hic ostenditur.



